

THESES
De
PACTIS.

Quarum defensionem DEO juvante,

SVB PRÆSIDIO

CONRADI RIT,

TERSHVSII I. C. ET AN-

TECESSORIS IN INCLYTA

Noribergensium Academia, quæ est
Altorphii, suscipiet

LEONHARDVS WVRFFBAIN

NORIBERGENSIS.


Mense Novembri,

ANNO CHRISTI

clō. Iō. xcix.

N O R I B E R G E

Typis describebat Paulus Kaufmann.



T H E S E S
De
P A C T I S.

T H E S I S I.

Nihil est tam congruum fidei humana, quàm ut ea, qua pactis & conventionibus inter aliquos placuerunt, seruentur: Est enim fides fundamentum iustitia, ut ait Cicero. At pacta conventa violare, absurdum atque impium est, ut quibus violatis evertatur veritas & fides, propria animi humani bona, quibus omnes res consistunt atque continentur, ut praclarè ac juri nostro convenienter in dissertationibus Epicteti aiunt Arrianus & Simplicius.

I I.

Pactum autem à pactione dicitur, unde & nomen pacis: Conventio translata ex eo, quod ut corpore plures ex diversis locis in unum veniunt, ita & animo, qui ex diversis animi motibus in unam sententiam decurrunt & consentiunt, latine convenire dicuntur.

I I I.

Conventionis autem ut & pacti triplex est notio generalis sive latissima, minus lata, & stricta seu propria. Generaliter enim de omni actu dicitur, qui contrahendi negotii causa geritur, sive ex eo nascatur actio, sive exceptio: Minus late de